Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-381939-p0001-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-381939-p0002-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-381939-p0003-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-381939-p0004-4

1617.

1. Arumaeus, Dominicus: De jurisdictione.

2. Arumaeus, Dominicus: De pignoribus et hypothecis.

3. Arumaeus, Dominicus: De salvo conducto, quem vulgo Sicher Geleit von wegen Rechtens und vor unrechter Gewalt appellant.

4. Carpzovius, Conradus: De inofficioso testamento.

5 a. b. Fommannus, Ortolphus: De jure accrescendi ...

6. Fommannus, Ortolphus: Centuriae duae thematum juridicorum ex materiâ restitutionis in integrum

7. Fommannus, Ortolphus: De impensis deducendis.

8. Gryphiander, Johannes: De jure statutario.

9. Hilligerus, Oswaldus: Vindiciae Mauritianae, oppositae erroribus ... Jo. Bodini, de expeditione Mauritii, Elect. Saxoniae ... a 1561 susceptâ.

1617.

10. Hilligerus, Oswaldus: De successionibus ab intestato ad Novell. 118.

11. Hilligerus, Oswaldus: De judice.

12. Melorius, Valentinus: Discursus acad. ad l. naturalis 5 Parag. Et si quidem pecuniam Dig. D. de praescriptis verbis et in factum actionibus.

13. Pfefferkorn, Emmericus: Decas quaestionum juridicarum.

14. Pfefferkorn, Emmericus: De usucapionibus et praescriptionibus.

15. Pingizerus, Vergilius: Dissertatio ad ll. quasdam pandectarum difficiliores.

16. Radewaldus, Christianus: De dolo, culpa et casu fortuito in contractibus praestando.

17. Riemerus, Valentinus: Manipulus miscellanearum juris controversi quaestionum

18a–b. Riemerus, Valentinus: Iure foeminarum in feudis. 2 Exempl. 1617 & 1742

19. Theodoricus, Petrus: Semicenturia controversiarum ex jure civili, canonico, feudali; et recessibus imperii selectissimarum.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-381939-p0007-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-381939-p0008-7

20.

1617, 1 1

# DISPUTATIO
De
# JURISDICTIONE,

Quam
COELESTIS NUMINIS ANNUENTE PROVIDENTIA
Conſenſu & auctoritate
Magnifici illuſtris ad SALAM Academiæ Jenenſis
JCtorum Collegii
SUB PRAESIDIO
Ampliſsimi & Excellentiſsimi
Dn. DOMINICI ARUMÆI
JCTI CELEBERRIMI, IN INCLYTA
Jenenſium Acad. P. P. ibidemq; Curiæ provincialis & Scabinatus Aſſeſſoris digniſsimi, Fautoris & Præceptoris ſui colendiſsimi
Publicè
In Auditorio Jureconſultorum
diſcutiendam proponit
ANDREAS BALCKIUS WISMARIENSIS MEGAPOL.
Menſe Auguſto die XXIII.
Horis conſuetis
ANNO M. DC XVII.

JENAE
Typis TOBIÆ STEINMANNI.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-381939-p0009-6

CUm nemo res intelligat, niſi prius verba cognoverit *l. 6. ff. de aliment. legat.* Unde Philoſophi à ſignificatione nominum incipiendum eſſe rectè docent, ideoque nobiliſſimam, frequentiſſimam, ſpinoſiſſimamq; Jurisdictionis materiam, ad cujus veritatem inveſtigandam veteres JCtos ex inferis revocandos eſſe Viglius arbitratur, delibaturi exordium à vocis derivatione faciemus.

THESIS I.

In notatione verò ſive Etymologia Jurisdictionis uti in aliis ita & hîc Interpretes maximè variant. Nos eorum ſententiam approbamus, qui à jure dicendo Jurisdictionem dictam putant; ſiquidem ille, qui Jurisdictionem exequi, ſive quod idem eſt, Jurisdictionem explicare, ſive Jurisdictioni præeſse dicitur, *uti l. 3. ff. de offic. ejus cui mand. eſt Jurisd. l. 2. ff. de Jurisd. l. qui Jurisdictioni 10. ff. eod.* is quoque jus dicere dicitur, *l. meminiſſe. 10. ff. de off. proconſ l. eſt receptum 14. l ſi convenerit. 18. l. ult. de Jurisd. l. 1. §. anautem ff. de ſuſpect. Tut. l. unic. ſi quis jus dicenti non obtemp.*

II.

Deinde Jurisdictionis vox eſt polyſema, & modò in genere ſumitur & dicitur pleniſsima, ut in *l. ſi in aliquam §. cum pleniſſimam ff. de off. proconſ.* Nos Germani nominamus illam Ober- und Halsgerichte/ oder das Hohe- und Niedergerichte/ oder aber die hohe und niedrige Obrigkeit. Modò in ſpecie ſumitur, & alias à Dd. ſimplex Jurisdictio appellatur.

III.

Jurisdictionem plenè acceptam nobis ita definire placet. Quod ſit poteſtas (*a*) Juris ſtatuendi (*b*) de re qualibet (*c*) ad quam pertinet (*d*) & conſtituti exequendi legitimo modo acquiſita. (*e*)

(*a*) *Specialis jurisdictio poteſtas dicitur in l. ult. ff. de offic. præfect. urb. l. eum, qui 13. §. 1. h. t. Mixtum item Imperium in l. poteſtatis de V. S. l. pen ff. ne vis fiat ei l. 1. §. neceſſario. ibi non prætoria poteſtate ff. Si vent nom. mulier.*

*Merum quoq; Imperium in l.3.ff.h.t.l.ſolent 6.in pr.ibi gladii poteſtatem ff. de offic. proconſ.*

(b.) *Scilicet tum nudè ut facit Judex pedaneus, tum non nudè ut faciunt illi, quibus juriſdictio in ſpecie data eſt l.99. de V.S.l.1.§. initio de præfect.urb.* (c.) *Civili vel criminali.* (d.) *cum enim in cauſa ſive negotio Jus poſitum ſit l.ſi ex plagis 52.§.in clivo 2.ff.ad l.Aquil. pro qualitate & ratione facti aliud atq; aliud ſtatuendum eſt l.ut reſponſum 15. C. de tranſact.* (e.) *non enim cujusvis eſt Juriſdictionem exequi, Jus dicere, Jus decernere, Jus reddere l.ait Prætor 5. ff. de re.iud. l.3.C.de Iuriſd. Sed ejus tantum, cui hæc poteſtas legitimo aliquo modo conſtituta eſt l.2.§.poſt.originem 13. & §. certè 34.ff. de Orig. Iur. l.1. in pr ff. de offic.ejus cui mandat eſt juriſd. l.& quia 6.l.qui juriſdictioni 10.l.magiſtratibus 12.& l ſeq. l.pen.& ult. ff.h.t.*

IV.

Statuendi poteſtas vel nuda eſt, vel non nuda. Nuda eſt ut Notio pedaneornm & datorum Judicum, qui etiam delegati dicuntur, qui Jurisdictionem non habent, ſed notionem in ſpecie ita dictam ſaltem ſive nudam tantummodò judicandi facultatem. *l.ait Prætor 5.in pr.l.à Divo Pio 15.in pr.ff.de re judic. l.1.ff.ad SC Turpill. & coguntur formulæ ſibi præſcripta inhærere, eaq; duntaxat habent conceſſa ſine quibus cognitio explicari non poteſt l. cui Iuriſdictio 2.ff.de juriſd.*

V.

Hinc eſt, ut illi alios Judices dare nequeant, *quod expreſſè confirmat l.à Iudice 5. C. de Iudic.* ubi dicitur à Judice Judex delegatus Judicis dandi poteſtatem non habet, ne quidem ad unum cauſæ articulum *arg. d.l.5.* quoniam enim delegatus nihil proprium habet, ſed delegantis Jurisdictione utitur *l.1.§.qui mandatam ff.de offic.ejus.* ad inſtar uſurarii jus ſuum in alium transferre non poteſt nec in totum, nec in partem.

VI.

Excipitur delegatus à Principe, qui pleniorem habet poteſtatem *d.l.à Iudicis 5.l.unic.C.qui pro ſua Iuriſd l.fin.C.ubi & apud quem cognit.in integ.c.ſignificaſti 7.c.in literis 9.c.quærenti 26. c.paſtoralis 27. Ext. de offic.& poteſt. Iud.deleg.* non tamen cauſas meri Imperii ſubdelegare poteſt *l. 1.ff. de offic. ejus l. ſolent 6.ff. de off. proconſ.* & hoc quoque ſingulare eſt in delegato Principis, ut ſententiam à ſe latam exequi poſſit, quod delegato ab inferiore Magiſtratu non

compe-

competit *c.ex literis 29. X. de offic.deleg.* cum non ſolum habeat notionem ſed & juriſdictionem & imperium *d.l.5.C.de Iudic.*

VII.

Non nuda eſt, quæ vel à Lege datur, ut jus dandi Tutores *l.1.pr.l.20.§.1. de teſt. tut. l.ult. C. de Curat.fur.l.pen.C.de adopt.l. muto 6.§.2.ff.de tutel. juncto pr. verſ.ex l. Attilia Inſt.de Attil.Tut.* Hodiè tamen ex generali conſuetudine omnibus jure Magiſtratus jus illud competit. Et ita ſancitum In der Reformation guter Policey zu Auſpurg Anno 1584. auffgerichtet ſub tit. von den Pupillen vnnd minderjährigen Kindern Tutorn vnd Vormunden §.3.& 5.

IIX.

Vel jure Magiſtratus competit, & eſt Juriſdictio in ſpecie dicta *l.1.ff.de offic.ejus cui mand. eſt Iuriſd. l. ſi in aliam 7.§. fin.ff. de offic. proconſ.* Quid autem ſpecialis ſit Juriſdictio, & quomodo à mixto differat Imperio explicatu admodum difficile eſt, quo igitur penitus cognoſci poſſit definitionem Juriſdictionis ſpecialis conſtituimus. Quod ſit poteſtas cognoſcendi de cauſa vel negotio civili ſine coërcitione conſiſtens. *Retinemus vocabulum poteſtatis l. poteſtatis de VS.l. eum qui 13.§.1. h.t.l.1. in pr. ff.de tutel.§.1. Inſt.eod. ſequentibus propoſitæ definitionis verbis differentia ſpecifica ſive forma Iuriſdictionis continetur.*

IX.

Huic ſpeciali Juriſdictioni annumeranda eſt judicis dandi licentia, cum ſui natura nullum in ea verſetur Imperium, *l.3.ff.h.t.* Hinc mandata Juriſdictione etiam judicis dandi jus tranſit *l.12. de offic.proconſ.* Interdum tamen ex accidenti fit, ut Imperio quoq; in actu judicis dationis opus ſit, cum enim judicare munus publicum ſit *l.78.de Iudic*, datus judex invitus ad id cogi poteſt *l.ult.§.14. de muner.*

X.

Non tamen propterea Juriſdictio & Imperium mixtum non differunt, exempli gratia, *Conceſſo aquæ hauſtu, iter quoq; tanquam neceſſarium conſequens conceſſum dicitur. Eadem ratione, qua mixtũ Imperium cum Iuriſdictione transfertur l.item ſic 3.§. qui habet hauſtum ff. de ſervit.ruſt.præd. Verum nemo dixerit aquæ hauſtum & iter eſſe unum & idem. Sic & anima & corpus in vivente ſimul ſunt conjuncta, nec animal eſſe*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-381939-p0013-4

*poteſt, niſi manente illa conjunctione, quia ſeparatio mortem inducit; nemo tamen dixerit animam & corpus idem eſſe, vel animal eſſe idem quod corpus, vel idem quod anima eſt. Eſt enim compoſitum ex anima & corpore. Sic & mixtum Imperium compoſitum eſt ex Imperio & jurisdictione, non igitur eſt idem quod jurisdictio, nec jurisdictio eſt idem quod imperium.*

XI.

Conſtituti exequendi poteſtas eſt imperium. Quod vel mixtum vel merum. Mixtum imperium definimus, quod ſit poteſtas jubendi, & juſſui non obtemperantes coërcendi, quæ jure Magiſtratus competit. Cui jurisdictio cohæret ſive ineſt, *l. poteſtatú de V. S. l. pen. ff. ne vis fiat ei l. 1. in fin. l. ult. ff. de offic. ejus cui mand. l. 3. ff. h. t.*

XII.

Hujus imperii eſt miſsio in bonorum poſſeſsionem *l. jubere caveri. 4. ff. h. t. l. imperium. ff. eod.* in cujus lectione variant Interpretes, aliter legit Hotom. aliter Robert. aliter Govean. aliter Anton. Faber, quas lectiones cum communi & vulgari lectioni ſint contrariæ, & meris nitantur conjecturis, meritò rejicimus.

XIII.

Eſt reſtitutio in integrum *l. 26. ff. ad Municip. ubi Paulus ICtus primum ait ea, quæ magis imperii ſunt, quam jurisdictionis Magiſtratum municipalem facere non poſſe. Loquitur ergo ICtus de iis, quæ ſunt mixti imperii. Poſtea ſubjicit exempla inter quæ eſt & reſtitutio in integrum l. 3. ff. de reſtit. in integ. l. 13. §. 1. ff. de minor. c. pen. X. de reſtit. in integr.*

XIV.

Huc referimus incarcerationem *l. 2. ff. de in jus vocand. l. 9. in fin. ad l. Jul. pecul.* & pignoris capionem *l. temporibus 1. §. quid ergo 3. ff. de inſpiciend. vent. l. ſi & jure 10. ff. qui potior in pign. l. ſi pignora 50. & l. ſi plus 74. §. 1 ff. de evict. l. 9. §. ult. ff. ad l. Jul. pecul. cujus uſus quotidiè cernitur præcipuus, cùm jubeant Magiſtratus ſæpiſſimè pignora capi, ac ſi res exegerit divendi, vel propter rei non reſpondentis contumaciam, l. 15. § 11. de dam. infect. l. 7. §. 1. ff. quibus ex cauſ. in poſſ. vel propter ſententiæ ac rei judicatæ faciendam executionem l. à Divo 15. ff. de re jud. t. t. ſi in cauſ. jud. pig.*

XV.

Aliæ & diverſæ penitus hodiè in imperio reperiuntur pignorum capiones, quas pignorationes vocant, *quando nimirum*

*ſtatus*

*ſtatus immediatè imperio ſubjectus alterius itidem immediatè ſubjecti, res ſubditos, aut eorum bona mobilia pro juris ſui conſervatione, ac præſcriptionis, juris alterius interruptione capit ac pignori accipit, quæ meritò prohibitæ ſunt c. unic. de injur in 6 par. 2. ord. Cam. tit. 22. cum nemo alterius odio prægravari debeat l. ſi quis in ſuo §. legis C. de duob. reis. & nemo præſtare tenetur, quod non accepit in tantum, ut ne quidem filius pro patre, vel uxor pro marito teneatur, t. t. C. ne fil. pro patre Geil. lib. ſing. de pign per tot.*

XVI.

Huc referimus quoque jus manuum injectionis, ſive arreſti, vulgariter in Verbot legen / anhalten / zuſchlagen die Güter oder Perſonen bekümmern vnd verbieten laſſen / & tunc manus injici in aliquem dicuntur, quando vel ejus bona, vel merces aliquas inde moveri, vel ipſe inde abire aliqua auctoritate vetantur. Cujus manus injectionis mentionem faciunt *l. ſi quis curialis, C. de Epiſc. & Cleric. l. generali, C. de decur. lib. 10.*

XVII.

Merum imperium dicitur, poteſtas gladii ad animadvertendum facinoroſos homines *l. 3. ff. de jurisd.* Hujus tres facimus gradus. Primus continet pœnam mortis naturalis, Malefitz Fehl / alle Fehl vnd Rugen / ſo Leib vnd Leben / Hals vnd Hand / Haut vnnd Haar vnd dergleichen betreffen / & huc ſpectat ad crucem damnatio *l. capitalium 28. ff de pœn.* vivi crematio aut fumigatio *l. aut damnum 8. §. hoſtes l. capitalium 28. in pr. & §. igni cum §. ſeq. ff. de pœn.* P. H. O. *art. 125.* Item vivi in partes diſruptio P. H. O. *art. 124.* Membrorum corporis per rotam fractio P. H. O. *art. 130.* Strangulatio furum P. H. O. *art. 159.*

XIIX.

Hîc nonnulli quærere ſolent, ac pœna ſtrangulationis, qua hodiè fures afficiuntur, jure defendi poſſit. Quod affirmamus, ut non minus illud, quod eorum cadavera volucribus laceranda relinquuntur. *Creſcentibus enim delictis pœna exaſperari poteſt l. aut facta 16. §. fin. ff. de pœn. nec tàm inſpicienda res, quæ furto aufertur, quàm malum propoſitum, & ipſa delicti qualitas, quatenus nimirum ipſa communem ſalutem & publicam utilitatem lædit, tum ut alii conſpectu deterreantur ab iiſdem facinoribus. l. capitalium 28. §. pen. ff. de pœn.*

XIX. Se-

XIX.

Secundi gradus pœnæ ſunt, quibus caput & vita civilis, hoc eſt, Jus civitatis Romanæ aufertur, ut deportatio. Deportationis enim pœna ſemper inter capitales numeratur, *l. rei capitalis 2. de pœn l.edicto 13.ff. de bon. poſſ.* ſed pœnæ capitales ſunt meri Imperij E. & hæc. Non tamen deportati libertatem amittunt, ut quidam volunt, ſed tantummodò civitatem *§. minor Inſt. de capit. dimin. ubi refertur deportatio ad mediam capitis diminutionem, ubi civitas quidem amittitur, libertas autem retinetur. Et Paulus in l. 5. in pr ff. eod. tit. inquit amiſſione civitatis ſit capitis diminutio, ut in aqua & igni interdictione; Aquæ verò & ignis interdictioni deportatio ſucceſſit, ideò & hæc Ius civitatis ſolum perimit ſalvâ manente libertate.*

XX.

Hodiernis temporibus loco deportationis habetur proſcriptio, ſive Bannum Imperiale, Des Reichs Acht/oder Bann/ quamvis bannitos deteriore loco, adeoque maximam capitis diminutionem peti aſſerat *Geil. 2. P. P. c. 1. n 24. cum non ſolùm civitatem Romanam, quæ eſt communis Patria totius orbis tex. in l. Roma ff. ad Municip. ſed etiam omnia humanitatis jura, officiorumq; viciſſitudines, & commercia amittant, ſint extra protectionem, Clientelam, & fidem Imperii, & pro hoſtibus transfugis & rebellibus habeantur, quos nemo urbe, domo, hoſpitio, menſave recipere poteſt, quibus tellus, pontusq; negatur, facit tex. in l. 2. ff. de pœn.*

XXI.

Huc referimus ad perpetuos carceres damnationem de jure Canonico, non de jure civili *c. novimus de V. S. c. quamvis de pœn. in 6.* cum leges noſtræ hujus pœnæ duritiem omnino interdixerint *l. aut damnum 8. §. 9. l. mandatis. 35. ff. de pœn.* Juven.

*— — — — Felicia dicat*

*Secula, quæ quondam ſub regibus atq; tribunis*

*Viderunt uno contentam carcere Romam.*

*Verùm hodiè novi carceres cotidiè excogitantur, & cum carceribus nova tormentorum genera, uti ſunt laminæ, compedes, nervi, catenæ, minellæ, pedicæ, aqua frigida, taxilli, Cuneus, Vigiliæ,* Dheniſcher Mantel / Spanniſche Kappen / Engliſche Jungfraw / Braunſchweigiſche Stieffeln / *& centum alia.* Et hûc quoq; pertinet condẽnatio ad triremes ſive vincula nautica: Vulgò auff die Galeen *Gothf. ad l. ſint quidẽ 7. ff. de pœn.*

XXII. Ter-

## XXII.

Tertii gradus pœnæ ſunt, quæ ad coërcitionem & exiſtimationem tantum pertinent, ut Fuſtigatio *l. 2. ff. de pub. jud. l. 103. de V. S.* membri mutilatio, cum per hanc caput de civitate nõ eximatur, *l. rei capitalis 2. l. capitalium 28. ff. de. pœn. l. 6. §. 6. de injuſt. rupt. irrit.* adeoque teſtamentum facere, qui manus amiſit, non prohibetur *l qui manus 10. ff. qui teſt. fac. poſſ.* Hodie ambas manus criminoſo abſcindere non eſt licitum, *auth. ſed novo C. de ſervis fugit. Nov. 134. c. ult. ubi obſervandum ſi criminis qualitas membri abſciſſionem exigat, id nec de oculis, nec pedibus, ſed tantùm de manibus intelligi debere d. auth. Sed conſtitutio tamen Carolina pro delictorum qualitate & differentia lingvæ & aurium abſciſſionem dictat* P. H. O. *art. 198.*

## XXIII.

Item Relegatio, non enim eorum ſententiam approbamus, qui relegationem inter pœnas capitales referunt, *l. capitalium 28. §. 1. ff. de pœn. in qua Calliſtratus de relegatione diſſerit eam ad exiſtimationem ſaltem non capitis periculum pertinere. Idem confirmat l. edicto 13. ff. de bon. poſſ. ubi Vlp ſtatuit, relegationem non poſſe dici capitalem pœnam, inquit enim bonorum poſſeſſionem non ad rei capitalis damnatos, ſed ad relegatos potius pertinere.*

## XXIV.

Hinc jam patet, cum in pœnarum irrogatione conſiſtat merum imperium, quod legẽcondere non ſit meri imperii, ſed ad regalia, quæ ſunt Principi reſervata, pertineat, *l. fin. C. de ll. t. t. de veter. jur. enucl.* quæ pœnarum irrogatio regulariter tantum exercetur in corpus vivum, *l. defuncto 6. ff. de pub. jud. l. 2. & 3. C. ſi reus vel accuſ. quibus in locis dicitur crimina omnia morte extingui omnino debere.* Fallit in reis criminis læſæ majeſtatis *l. majeſtatis 6. cum l. ſeq. C. ad l. Jul. majeſt. ubi dicitur reum criminis læſæ majeſtatis pœnam ſequi, etiam mortuum, ut ejus criminis accuſari poſſit, & damnari tanquam ſi viveret, damnatusq́ ignominia adficiatur, bonaq́ publicentur.*

## XXV.

Nonnunquam etiam extenditur ad bruta animalia P. H. O. *art. 116. his verbis*, So ein Menſch mit einem Viehe Vnkeuſchheit treibet / die haben das Leben verwircket / vnd man ſoll ſie der gemeinen Gewonheit nach mit dem Fewer vom Leben zum Tode richten / *cum lex divina quoq́ propter beſtialem concubitum, ipſam etiam beſtiam interfici voluit*

*Exod.21.v.28. & ſeq. Levit.20.v.15.& ſeq. Gen.9.v.5.& 6. quod etiam piliticam habet conſiderationem: Nam cum iſta fiunt, longè aliter agitur ac ſimulatur, nempè ut recordatione periculi alieni caveant alii. Et horror injicitur iſtiusmodi exemplis, ne quis velit in eo deliquiſſe, in quo etiam animal brutum impunitum non dimittitur.*

## XXVI.

Secundum mores autem & inſtituta ſingularum provinciarum Imperii non uno modo diſcernuntur partes jurisdictionis, Itali omnem jurisdictionem diſtingvunt in altam & Baſſam. Germani in ſuperiorem & inferiorem, In Obriſt vnnd niedrigſten Gericht/ vel in altam, mediam & imam. In hoher Mittelbahren vnd niedriger Obrigkeit. Cum v. nulla communi lege definiatur, quib. limitibus ſingulæ partes circumſcribantur, ideoq; moribus & conſtitutionibus ſingulorum locorum paſſim relictum eſt.

## XXVII.

Jure Saxonico duæ quoque ſunt ſpecies jurisdictionis. Alia enim eſt ſuperior, alia inferior. Germanicè Ober- vnd Vntergericht. Superior jurisdictio comprehendit merum & mixtum Imperium, & Germanicè appellatur, die Obergerichte. Item, peinliche Gerichte, das Halsgerichte. Item, Blutbann/ & habet animadverſionem omnium delictorum graviorum usque ad vulnerationem ſanguinolentam. Inferior vulgò dicitur, die Erbrichter/Nieder- vnd Vntergerichte/& judices hujus jurisdictionis, Erbgerichte oder Unterrichter, includuntur cauſæ pecuniariæ, quas Schuld vnnd Gelt appellant, & comprehendit leviorum delictorũ pulſationum ac verberationum citra vulnerationem animadverſionem, ut habet reſponſum Collegii Juridici Lipſenſis poſt Landrecht/ſub tit. Rahtſchlag oder Information auff Ober- vnd Erbgerichte.

## XXVIII.

Signa Imperii ſunt Furcæ, ſeu patibuli erectio. Numellæ verſatiles, palus numellarius, & alia id genus Stöcke/ Halseiſen/ Pranger vnd andere dergleichen Gerichtszwang Item pignorationes, puta ſi in loco admiſſi criminis delinquente fuga ſibi conſu-

lente

lente vel aliter evadente aliquid de occiſi veſtibus pileus, vel tale quippiam in criminalis & ſuperioris jurisdictionis teſſeram ſumitur, vocant Fräispfand/welches seynd Einfelle nach dem der Thäter entwirckt/ vnnd etwas an ſtatt der Fräis/ das iſt/ Maleſitziſcher hoher Obrigkeit genommen.

## XXIX.

Item conceſſio ſalvi conductus, Gleid zu Ausführung geräumbter Vnſchuld. Sunt quidem plurimi, qui id ad ſolum Principem ſpectare credant; quos tamen quotidiana experientia ſatis ſuperque refellit, videmus enim tota die Principes recognoſcentes ſuperiorem Cæſarem imò civitates, & Nobiles merum imperium habentes ſalvum conductum concedere. Item, libri proceſſuum, inquiſitionum, accuſationum, condemnationum exercitarum per Officiales, nec non Urphedarum, in quibus habentur elogia jurata de non vindicando cum fuſtigatione vel relegatione, ſive perpetua, ſive temporaria, Vrphedbücher/ Item, Bruch oder Straffbücher/ quando res criminalis vertitur in pœnam pecuniariam, unde multi hoc modo ſibi gratulari ſolent. Es haben dieſes Jahr vber die Brüche oder Geltbues/ GOtt ſey Lob vnnd Danck ein ehrliches getragen.

## XXX.

Hoc imperium, qui habuerunt mutato Reip. Romanorum ſtatu recenſere nimis longum foret, cum tria præcipuè tempora eſſent conſideranda. Primum eſt, quo Reges, alterum quo Conſules, & tertium, quo Imperatores Reipul. gubernacula tenuerunt, nec id inſtituti noſtri ratio admitrit, nec omnia perſequi pagellæ, quas paucas eſſe volumus ferunt, ideoq; unum atque alterum exemplum ſubjiciemus.

## XXXI.

Hanc poteſtatem ſive Merum Imperium olim habebat Præfectus Urbi, qui non modò Romæ, ſed & intra centeſimum lapidem ſive milliarium Jurisdictionem exercebat

criminalem ſive merum imperium *l. 1. in pr. & §. 4. & ſeq ff. de offic. præfect. urb. Vnde ſi quis graviori pœna affici debuit, eum prætores præfecti vigilum, & præfecti annonæ ad præfectum urbi remiſerunt l. 3. & l. ult. ff. de offic. præfect. vigil unde etiam in ſacris literis, quibus Sanctorum res martyrum continentur, ferè ſemper reperiuntur, ſub quo quiſq; præfecto Martyrii coronam acceperit.*

## XXXII.

In provinciis Proconſules & Præſides ex ſpeciali Principis vel Legis conceſſione habuerunt *l. illicitas 6. § qui univerſas ff. de offic. præſid. l. ſed quid erit 11 ff. de offic. proconſ. l. & ideo. 8. ff. eod. l. præſes 4. ff. de offic. præſid.* non tamen Præſides, qui habent merum imperium deportandi etiam jus habent, *l. rei capitalis 2. ff. de pœn. ubi præſidem deportare non poſſe nullam eſſe dubitationem Vlp. inquit l. ſi incertus 1. §. 3. ff. de leg. 3 ubi idem Vlp. ſi præſes aliquem deportaverit non amittere eum civitatem antequam ipſius factum Princeps comprobaverit, præſes E. deportare nequit, ſed ſi ſaltem aliquem deportandum exiſtimat, ad Principem ſcribere oportet.*

## XXXIII.

Hodie imperium Romano-Germanicum conſideramus vel ut unum corpus, vel ut corpora diverſa. Caſu priori illius caput eſt Imperator, ſeu Princeps, quod nomen generaliter & nativa ſignificatione, id quod primum eſt, denotat. *Cic. pro domo ſua locum principem auctoritatemq; in ſalute mea tenuiſtis, & majores omnes Reges & Imperatores ſignificat, ut patet ex Inſcriptionibus.* Dem aller Durchleuchtigſten / Grosmechtigſten / Vnůberwindlichſten Fůrſten vnd Herrn / Herrn Matthiæ dem erſten Rômiſchen Keyſer / zu allen Zeiten / Mehrern des Reichs in Germanien / Hungern / Bôheim Kônig ꝛc.

## XXXIV.

Membra ſunt ſtatus imperii, qui conſtant ex ſeptem Electoribus, Marchionibus, Ducibus, Principibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, Civitatibus. Jam in Comitiis Imperator proponit, ſtatus judicant, qui in tria conſilia dividuntur, in conſilium Electorum, conſilium Principum, & conſilium Civitatum. Hæc tria conſilia poſtquam conjunctim Imperatoris propoſitiones audiverunt, ſeorſim in diſtinctis locis conveniunt, & de rebus propoſi-

poſi s

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-381939-p0020-3

poſitis conſultant, conſultationibus habitis rurſum ſimul congregantur, ibi Electores ſuam ſententiam aperiunt, quæ ſi Principibus & civitatibus placet, eam approbant, ſin minùs ſuas quoque ſententias indicant. Poſtea hæc tria conſilia, vel ipſi inter ſe conveniunt, vel ab Imperatore aut ab ipſius Commiſſariis in corcordiam rediguntur, vel rurſus certis perſonis ſtatuum rei controverſæ conſultatio committitur. *Ampliſſ. Dn. Præſes Præceptor meus colendus Diſcurſ. 1. ad aur. Bull. c. 8.* & hoc ubi imperium ut certum aliquod corpus conſideratur, certum eſt id criminalem jurisdictionem & merum habere Imperium, quia ſæpè videmus in Comitiis de hujus vel illius criminibus agi, & interdum in facinoroſos animadverti ultimo ſupplicio.

## XXXV.

Atque hæc quidem de conſilio Electorum & Principum apud omnes in confeſſo ſunt. Civitatibus verò jus votandi ſeu ſuffragandi nonnulli non concedunt, quorum opinio nobis non arridet, cum contrarium multis decretorum Comitialium locis poſſit probari, quorum in principiis hæc vel ſimilia inveniuntur verba. Haben wir vns mit Churfürſten / Fürſten vnd gemeinen Stendten auch der abweſenden Rähten vnd Geſandten / vnd ſie mit vns ſich vergliechen. *Decret Maximilian. Colonienſi anno 1512. in pr. Decret. Spirenſi Anno 1526 Decreto Auguſtano Anno 1548. Decreto Auguſtano Carolino Anno 1551. Decreto Auguſtan. 1555. Decreto Auguſtano 1559 Decreto Rudolphi Auguſtano Anno 1582. & expreſſè in decreto Comitiorum Ratisbonæ Anno 1546. de jure ſuffragiorum ferendorum, de negotiis Imperii publicis cum aliis Ordinibus communi relatum eſt* §. Vnd nach dem *Verſ.* vnd denn auch *ibi* vnſer vnd des heiligen Reichs Frey: vnd Reichsſtedte jhre vollmechtige Botſchafften vnd Gewalthabere mit vollkommenen Gewalt ohne hinder ſich bringen gewißlich ſchicken / vnd daſelbſt die gemeinen des heiligen Reichs Sachen / ſonderlich aber die Punct vnd Articul / ſo auff dieſem Reichstage erlediget vnd verrichtet werden ſollen / ſtetlich berahtſchlagen / ſchlieſſen / vnnd zu wircklicher *Execution*, Vollziehung vnd Handhabung bringen helffen ſolten. Et hoc quoque patet ex ſubſcriptionibus receſſuum Imperii. Vnd wir Churfürſten / Fürſten / Prælaten / Grafen vnd Herrn / vnnd des heiligen Reichs Frey- vnd Reichſtedte / Botſchafften vnd Gewalthabere hernach benandt / bekennen öffentlich mit dieſem Abſchied / daß alle vnd jede Puncten vnd

Artickul mit unſern guten Wiſſen/Willen und Raht fürgenommen und beſchloſſen ſeynd.

## XXXVI.

Quando verò imperium Romano-Germanicum, ut corpora diverſa conſideramus, cum omnis jurisdictio fluit ac refluit ab Imperatore, ſicut ex Oceano flumina fluere & ad eundem refluere dicuntur, *Menoch. conſ. 2. n. 7. lib. 1.* Omnes ferè ſtatus Imperii, vel conceſſione Imperatoris, vel præſcriptione ſeu conſuetudine criminalem jurisdictionem & merum imperium uſurpant. Et quidem de Electoribus, Ducibus Principibus, Comitibus & Baronibus id extra dubium eſt, quia ſunt perpetui Magiſtratus & plerumque univerſas regunt provincias, *l. illicitas 6. §. qui univerſas ff. de off. præſid.* Idem ferè hodiè in civitatibus ſuperiorem non niſi Cæſarem recognoſcentibus obtinet, videmus enim omnes penè civitates Imperii de criminibus cognoſcere, & in facinoroſos animadvertere.

## XXXVII.

Sic urbs Lubeca non ſolùm habet merum & mixtum imperium, ſed etiam jura ſuperioritatis in divinis & humanis, ut jus Epiſcopale & Conſiſtorii, jura Regaliorum, nempè jus fabricandorum armorum, viarum publicarum, fluminum navigabilium, portus, riparum, vectigalium, cudendæ monetæ, bonorum vacantium, condendi & abrogandi ſtatuta, Cancellariæ archivi &c.

## XXXVIII.

Nec hìc prætereundum, quod hodiè Imperator cum Camera in jurisdictione imperii concurrit. Olim enim ante inſtitutum Cameræ Judicium litigantes Imperatorem ejusque aulam Hoff Burg und Landgerichte / magnis incommoditatibus ſequi tenebantur, de quo cum ſæpè ſtatus conqueſti fuerint, & Imperator hujusmodi controverſiis privatorum decidendis implicitus publicis curis minus poſſet vacare, è re ſimul ſubditorum, totiusque imperii fore exiſtimatum eſt imperiale prætorium ſub nomine Cameræ inſtituere, de quo fine teſtatur Carol. V. *in ord. Cam. Anno 1521. in pr. & receß. Auguſt. Anno 1566. §.* Nach dem *ibi* derentwegen unſer Keyſerlich Cammergericht anfenglich damit menniglich

nigſich mit wenigſter Beſchwerniß zu ſeinem Rechten verholffen werden möchte/geordnet vnd auffgerichtet/quod etiam Anno 1495. in Comitiis Wormat. conſilio ſtatuum imperii inſtituit Maximilianus Imperator, cujus jurisdictio & poteſtas ſubſequentibus temporibus certis Privilegiis & finibus eſt circumſcripta.

XXXIX.

Et in hoc Cameræ judicio vice Cæſareæ Majeſtatis cognoſcitur de cauſis per viam appellationis ad illud devolutis, nec regulariter de cauſis appellari poteſt, ſi ſunt intra ſummam 50. aureor. niſi in cauſis injuriarum, qua agitur auff ein Wiederruff/ vel ad pœnam pecuniariam ſupra prædictam ſummam, jurisdictionis, quorumcunque jurium ſervitutum ruſticorum vel perſonalium, cenſus, reditus, fructusque perpetui, & quæ certam æſtimationem non recipiunt *Cam. ord. 2 tit. 28.* hodiè tamen hæc ſumma ad 300. florenos extenſa eſt in Comitiis imperii Spiræ habitis anno 1600, *verſ.* wiewol nu auch.

XL.

Ac nonnullis caſibus, quibus eſt locus mandatis ſine clauſula. Et in notoriè prohibitis, & illicitis, ſi cui gravamen irreparabile inferatur. Si adverſus utilitatem publicam quid fiat. Si periculum in mora. Ad relaxationem arreſti ex nova conſtitutione, & omnibus aliis caſibus, quibus de jure judicium à præcepto inchoari poteſt, *Ord. Cam. p. 2. tit. 23.* Item de caſibus cum auſtregæ ſtatuum Imperii peculiares ceſſant per viam ſimplicis querelæ ad illud delatis *Cam. ord. p. 1. & 2. per totum.*

XLI.

Damnamus autem eorum ſententiam, qui privativè ut Dd. loquuntur, Cameræ jurisdictionem tributam ſtatuunt. Autor des gründlichen Berichts *folio 50.* das zwiſchen der Keyſerlichen Majeſtet vnd dem Keyſerlichen Kammergericht *per rerum naturam* keine *concurrentia juriſdictionis* kan ſtatt haben / ſintemal die *Jurisdictio* die *in Camera adminiſtrirt* wird / eben der Keyſerlichen Majeſtet *Jurisdiction* iſt/ *moti ord. Cam. tit. 27.* Daß alle vnd jede Perſonen vnnd Sachen/ ſo der Keyſerlichen *Jurisdiction* ohn Mittel vnterworffen/an dem Keyſerlichen Kammergericht fürgenommen vnnd gerechtfertiget werden ſollen.

Paſſav.

*Paſſav. tractat. Anno* 1555. §. Demnach ſoll die Erledigung *ibi* daß der Keyſerliche Hoffrath / ſo des Reichs vnd der Stendte gemeine vnd ſonderbahre Sachen berathſchlagen vnd erledigen. *Item Ord. Polit. Anno* 1577. *tit.* 35. Von Buchdruckern/Schmeheſchrifften / ſchmehelichen Gemählten/Gedichten vnd Anſchlegen §. Wo aber eine Obrigkeit wer / die wehre / oder wie ſie Namen haben möchte/ in Erkundigung ſolcher Dinge / oder ſo es jhr angezeigt/darinnen fahrleſſig handeln vnnd nicht ſtraffen würde/als denn wollen wir Keyſer *Maximilian* ſelbſt wieder dieſelbe auch den Dichter / Drucker oder die Buchführer vnnd Hendeler / vnnd Verkeuffer ernſtliche Straffe vornehmen laſſen / auch den Dichter / Drucker oder die Buchführer vnd Hendeler vnnd Verkauffer ernſtlich ſtraffen / oder aber ſoll vnſer Keyſerlicher Fiſcall Amptswegen dargegen auff gebürliche Straffe *procediren*, welche Straff nach Gelegenheit vnd Geſtalt der Sachen vnſer Keyſerliche Kammergerichte zu ſetzen vnd zu *moderiren* Macht vnd Befehl haben ſoll.

## XLII.

An etiam Camera cum Imperatore in feudorum Imperii Regalium cauſſis concurrat, non caret cõtroverſia. Nos putamus, ſi lis ſit inter Capitaneos regni, coram ſolo Rege finiri debere, *c. un. in pr. de L. Corradi 2. feud. 34. c. un. in pr. apud quem vel quos controv. f. f. 1. f. 18. cum Imperator quoq; ejusmodi cauſarum cognitionem ſibi reſervarit.* In der Regiments Ordnung *Anno* 1521. §. Ob auch Sachen / Fürſtenthumb / das ſolche dem Stadthalter vnd Regiments Rähten nicht gebüren ſollen. *& ord. Cam. tit.* 7. Ob auch Sachen fürfielen Fürſtenthumb/ ꝛc. derſelben Erkentniß wollen wir der Keyſerlichen Majeſtet oder Abweſens derſelben Vns als Römiſchem Könige vorbehalten habẽ/ *& in decret. ſub Anno* 1596 Daß der ober vnd gemeiner Reichslehn Erkentniß allein einem Römiſchen Keyſer oder Könige zuſtehe.

## XLIII.

Nec Camera in criminali jurisdictione cum Imperatore concurrit, niſi in caſu fractæ pacis. *Ord. Cam. tit* 9. §. 2. So jemand *ibi* das gegen dem oder denſelben mit *denunciation* Erklerung ſolcher *Execution* vnd Einbringung ſolcher Pehn / vnd anderer Straff durch die Keyſerliche Majeſtet/vns als Römiſchen König oder das Keyſerliche Cammergerichte, *& ſpecialiter tantum perſonæ Camerales delinquentes ejus cognitioni ac diſtrictui ſubjiciuntur. Ord. Cam p. 1. tit. 49. unde argu-*

*menta-*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-381939-p0024-6

*mentamur, permiſsionem ſpecialem in cæteris prohibitionem generalem inferre arg. l. 1. de offic. ejus. & hoc quoq; inde liquet, quod nec conſtitutio pignorationis, quæ favorabilis eſt ratione Innocentis, quæ alias jurisdictionem Cameræ per viam ſimplicis querelæ omninò fundat non tamen locum habet in cauſis criminalibus, Ord. Cam. tit. 22. ibi.* Solchem zu begegnen/ſetzten vnd ordnen wir/daß hinführo in ſolchem Fall/da einer ꝛc. den andern pfenden oder fahen würde/warumb oder vmb was Sachen willen (allein Malefitz Sachen ausgenommen) des beſchehe/ *Ord. Cam. tit. 28. §. Item* Nach dem *ibi.* ordnen/vnnd wollen wir hinförter in peinlichen Sachen die Leibſtraff auff jhnen tragen/am Keyſerlichen Kammergerichte keine *apellation* angenommen.

## XL IV.

Sequitur nunc, quomodo acquiratur jurisdictio, & acquiſita exerceatur. Acquiritur jurisdictio, vel acquiſitione magiſtratus, vel ſpeciali quadam lege, ſeu conceſſione Principis, vel præſcriptione ſeu conſuetudine, & hæc quam quis jure ſuo ex his modis habet à cauſa efficiente dicitur propria, ſive ordinaria. Alia non propria, quam quis alieno beneficio habet, eaque mandatur vel ab ijs, qui eam ſuo jure habent, vel prorogatur conſenſu partium.

## XL V.

Primus modus acquirendæ jurisdictionis, eſt jus Magiſtratus. Quod enim Magiſtratus jure acquiratur jurisdictio, patet ex *l. 1. in pr. verſ. quæ verò ff. de offic. ejus cui mandat. eſt jurisd. nam ad hoc conſtitutus eſt Magiſtratus, ut jus dicat l. 2. §. poſt originem 13. §. cumq; Conſules ff. de Orig. jur. quam jurisdictionem dicitur habere Magiſtratus ſuo jure, non alieno beneficio, l. more 5. ff. de jurisd. non tamen quævis jurisdictio Magiſtratus jure competit, ſed ea tantum, quæ in negotiis civilibus, non quæ in criminalibus exercetur cauſis l. 1. in pr. & §. ult ff de offic. ejus cui. Secus eſt de hodierna conſuetudine, ut poſt alios teſtatur VVeſenb. in parat. de jurisd. n. 11.*

## XL VI.

Deinde acquiritur jurisdictio vel SCto vel Principis placito, cujus generis eſt jurisdictio criminalis ſive merum Imperium,

*l. 1. in pr. ff. de offic. ejus cui.* Hodiè *ut plurimum feudi lege & nomine* Principes *concedunt* Comitatus, *Baronatus, Dynaſtias, ut & beneficia Nobilibus,* Lehn- vnd Rittergüter/*cum honore, pertinentiis & juribus*, mit allen jhren Ehren/ Würden/ Freyheit/ ein vnd Zugehörungē/*cum omnimoda juriſdictione & imperio*, mit Ober- vnd Vntergericht / oder mit Gerichten Obriſt vnd Niedrigſten/*vel cum juriſdictione alta, media, & ima*, mit hoher/ mittelbarem vnd niedriger Obrigkeit/ *verba inveſtiturarum plerumq; ita ſe habent.* Wir Keyſer N. belehnen N. N. mit dem Hertzogthumb/ Pfaltzgraffſchafft/ Herrſchafft/ Biſchoffthumb/ Prælatur / mit allen Gerichten obriſt vnnd niederſt. *Nos Cæſar N. inveſtimus N. N. de Ducatu, Palatinatu, Marchionatu, Landgraviatu, Principatu, Comitatu, Baronatu, Epiſcopatu, Prælatura, cum juriſdictione omni ſuperiore & inferiore.*

## XLVII.

Quærere hîc lubet, an conceſſo territorio caſtro villa vel civitate ſimul transferatur jurisdictio? Negamus, *licet enim multa cum univerſitate tranſeant, tamen id locum tantum habet in iis, quæ univerſo comprehenduntur. Juriſdictio autem non comprehenditur civitate, & neque illi cohæret, ſed potius Magiſtratibus & jus territorio dicentibus l. eum qui 13. §. 1. ff. de jurid. l. præfectus fin ff. de off. præfect. urb. l. poteſtatis 215. de V. S.*

## XLVIII.

Quid ſi Princeps, nobili jurisdictionem in feudum conceſſerit ſimpliciter hoc modo? Wir belehnen jhne in dieſem Flecken N. mit dem Gericht/ an cenſetur conceſsiſſe ſimul merum imperium? Negat ex jure Juſtinianeo, *l. 7. §. fin ff. de offic. proconſ l. 1. §. fin ff. de offic. ejus l. item apud Labeonem 15. §. hoc edictum 26 ff. de injur.*

## XLIX.

Quid, cum de hodierna notoria conſuetudine ulteriùs non merum imperium ſpeciali lege, vel SCto transferatur, an concesſione omnimodæ jurisdictionis continetur, quoque merum imperinm? ut ſi Princeps quispiam in feudum alicui concedat, caſtrum aliquod vel pagum cum omni vel omnimoda jurisdictione his verbis. Wir belehnen dich mit dieſem Flecken ſampt allen Gericht / vel, wir belehnnen dich mit dieſem Flecken ſampt aller

aller Obrigkeit. Affirmamus *per l.ſi in aliam 7.ff.de offic.proconſ.l procurator cui generaliter ff.de procurat. & genere jurisdictionis conceſſo intelliguntur omnes ejus ſpecies conceſſæ, cum genus complectatur omnes ſpecies l.1.§.generaliter.ff. de legat.præſt.*

## L.

Tertius modus acquirendæ jurisdictionis eſt præſcriptio ſeu conſuetudo, & ſufficit ad jurisdictionis civilis acquiſitionem ſpacium longi temporis *l. viros 8. C. de diverſ.offic. & appar. 12.ibi ex longo tempore l.ult.ibi vel longa conſuetudine C. de emancip. lib. c.cùm contingat X. de foro compet. c. dilecti ext. de arbit.* Merum autem imperium præſcribitur ſpacio temporis immemorialis; nam temporis immemorialis præſcriptio, in adquirendis rebus vim eandem habet, quam habet ſpecialis juris alicujus conceſsio *l. 3. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotid. & æſtiv. c. ſuper quibuſdam. §. præterea. de V.S.*

## LI.

Mandata jurisdictio eſt jurisdictio aliena, quam quis ex mandato alterius, cui ea competit vicariam præſtando operam exercet, *l.1.ff.qui mandatam.l.3 ff.de offic.ejus cui* Ea autem mandari poteſt jurisdictio, quæ jure Magiſtratus competit, *l.1.in pr.verſ.quid ergo. ff.de offic.ejus cui. non ſcripto ex jure, ſed more majorum, l. more 5.ff.de jurid. Sic Prætor jurisdictionem, quam habet, vi ſui magiſtratus alii mandat, vel omnem, vel ſpeciem unam l ſolet Prætor 17. ff eod. Sic hodiè Magnificus Rector Academiæ peregrè abiturus jurisdictionem ſuam antiquo mandat Rectori tradendo ei ſigillum & librum Statutorum, penes quem Prorectorem eadem poteſtas eſt argumento l. penult. cir. fin. C. de aquæ ductu lib 11.*

## LII.

De mixto imperio diu multumque agitata eſt quæſtio. An mandari poſsit nec ne? Affirmantis ſententiæ adhæremus per *l.ult.ff.de offic.ejus cui, ubi ICtus Paulus ait, mandata jurisdictione privato etiam imperium quod non eſt merum videtur mandari, concordat l. 1. in fin. ff eod. & multa exempla quæ extant, & mixti ſunt imperii, id evincunt cum mandari poſſunt l. cognitio 4. ff. 1. ff. d. t. l. ult. C. ubi & apud quem.*

## LIII.

Quid dicendum de mero imperio: num mandari poteſt jure civili? Negamus per *tex ind. l. ult. §. 1. ff. de offic. ejus cui, ubi merum imperium mixto opponitur, atq; hoc mandari poſſe aſſeritur, illud verò generaliter negatur mandari poſſe. Idem probant l. ſolent 6. in pr. ff. de offic. proconſ. & l. nemo poteſt gladii ff de R. I. ubi Ulp. nemo, ait, poteſt gladii poteſtatem ſibi datam, vel cujus alterius coërcitionis ad alium transferre; propter neceſſariam tamen abſentiam in crimine vi commiſſo, quod mandari poſſit, arguit tex. in l. 1. in pr. verſ. hujus rei. ff. de offic. ejus cui mand. eſt juriſd.*

## LIV.

An idem obtinet in caſu infirmitatis? Negantium ſententiæ calculum adjicimus, cum ſola abſentia in legibus excipiatur, *d. l. 1. ff. de offic. ejus cui. c. ſi pro debilitate Extr. de offi. & poteſt. jud. deleg. Contrarium tamen jure Carolino veriùs eſt*, P. H. O. *art. 2.* Welche Perſonen von jhrer Güter wegen/ die peinlich Gericht zu beſitzen/ſchüldig ſind/vnd daſſelb aus Schwachheit oder Gebrechligkeit jhres Leibs Vernunfft/ Jugend/ Alters oder ander Vngeſchickligkeit halber nit beſitzen oder verweſen mögen/ ſo offt das Noht geſchicht/ ſoll der oder dieſelbigen andere tügliche Perſonen zu Beſitzung des peinlichen Gerichts an jhrer ſtatt ordnen vnd beſtellen.

## LV.

Prorogatur jurisdictio, cum ſcilicet ea, quam Magiſtratus in quibuſdam rebus vel perſonis habet, ad alias cauſas vel perſonas ſine ullo errore vel metu extenditur, *l. ſi ſe ſubjiciant 1. l. conſenſiſſe 2. ff de judic. l. ſi convenerit 18. ff. de juriſd.* idque vel reſcripto Principis, *l. in criminali 5. C. de juriſd. l. 2. C. de dilat. nov. 53. c. 1.* vel conſenſu partium expreſso, *l. eſt receptum 14. ff. & l. non quidem 1. C. h. t. d. l ſi ſe. 1. d l. l. 2. l. de qua re 74. § 1 ff de judic. l. 28. ff. d. Municip.*

## LVI.

Vel conſenſu tacito, nimirum reipſa, ſeu facto, ut cum reus ad judicem incompetentem vocatus ultrò venit & exceptionem fori declinatoriam non opponit, ſed ea omiſsa litem conteſtatur,

& aliis defenſionibus in ipſa principali cauſa utitur, *l. ſed etſi ſuscepe-rit 52. in pr. ff. de jud. l. ult. C. de Excep. l. peremtorias, 2. C. ſententiam reſcindi non poſſe, l. ubi acceptum 30 ff. de judic.* Hic quoque eorum ſententiæ adhæremus, qui delegatam jurisdictionem de jure prorogabilem eſſe exiſtimant per *l. ſi ſe ſubjiciant 1. ff. d. t.*

## LVII.

Acquiſita jurisdictio exercetur in perſonas & res jurisdictioni ſubditas. Cæterum qui jurisdictioni præeſt, neq; ſibi, neq; ſuis, neque ſupra jurisdictionem jus dicere poteſt, *l. qui jurisdictioni 10 ff. h. t. l. un. C. ne quis in ſua cauß. l. ex ſtat. 13 ff. quod met. cauſa, ubi ICtus ait optimum eſſe, ut ſi quis putet ſe habere petitiones actionibus experiatur, idem noviſsimè conſtit. VVormat. anno 1595. circ. fin. 1. art. conſtitutum ibi*, Wer zum andern verſprechen vermeynet / der ſoll ſolches thun an den Enden vnd Gerichten / da die Sachen hievor oder jetzo in der Ordnung des Cammergerichts zu Austrag verthediget ſeyn / oder künfftiglich werden / oder ordendlich hingehören / *& ſic prohibita propria auctoritate ſumpta ultio*, Fauſt vnnd Kolbenrecht / Kampffrecht / Strauchreiten / Nahrũng aus dem Stiegreiff.

## LVIII.

Sortitur autem quis forum, vel ratione domicilii, *l. 2. C. ubi & apud quem*, quod vel eſt naturale ſeu Originis, quod ex ipſa natura naturaliter venit, & tàm ex propria, quàm parentis perſona acquiritur, *l. cives C. de incolis. lib. 10.* & ſic originarius forum ſortitur in loco Originis, ſi ibi reperiatur, *l. cum quædam puella ff. h. t. nam notum eſt ex recepta Germaniæ conſuetudine, quod civis originarius renuncians civitati, & domicilium aliò transferens, civis eſſe deſinat, non ſolùm quoad munera, verùm etiam quoad jurisdictionem, unde in multis civitatibus receptum eſt, ut civis volens deſerere civitatem inprimis de omnibus bonis ſuis certam pecuniæ ſummam civitati penſitet, quod vocant*, Nachſteuren / Abzug / Abefahrt / oder Ablöſung.

## LIX.

Accidentale eſt, quod ex aſſumtione comparatur, quod & ibi quis habere dicitur, ubi larem & ſummam rerum ſuarum conſtituit curam, ita ut eo non niſi avocetur, ſit diſceſſurus, *l. Senatores 2. C. ubi Senat. vel Clariß. civil. vel crim. conu. l. 7. C. de Incol. lib. 10.* Quanto tempore verò domicilium contrahatur, Dd. non conveniunt.

Communiter teſtantur decennii habitatione hoc fieri; nos id arbitrio judicis relinquimus, De Germaniæ conſuetudine paſsim Incolatus poſt annum acquiritur, & non patiuntur Senatores advenā diutiùs ibi commorari, ſi lapſo anno jura civium redimere nolit.

LX.

De jure Lübecenſi tantummodo advenis per tres menſes in urbe commorari licet jur. Lübec. *lib.1.tit.2.art.2.* Welcher Mann mit ſeinem Weib vnd Kinder in die Stadt kömpt/oder ſich allda befreyet/ ſo wol auch ein ledig Geſelle/ oder ander Perſon/ wes Standes die seyn mögen/ ſo Rauch vnnd Fewer halten wil/ der oder die mögen wol drey Monat darinnen wohnen/nach der Zeit wollen ſie lenger bleiben/ ſo ſollen ſie die Bürgerſchafft gewinnen. *Et in hoc loco quoq; domicilii accidentalis forum quis ſortitur, l. dies. 4. §. prætor ait. ff. de damn. infect. d. l. 2. C. ubi & apud quem. c. cauſſam de dolo & contum.*

LXI.

Vel ratione loci contractus. Quo enim loco quis contraxit ibi & conveniri poteſt *l. 2. C. h. t. ſi ibi reperiatur, l. hæres abſens. 19. §. ſi quis tutelam. & ſeq. ff. de judic.* Hodiè ſæpè obligationes, quod loci contractus certo tempore ſolvere velimus ridiculæ, auff ein Niederſitzen/ & impoſsibiles, beym Theil des Himmelreichs/ & duræ bey Verhafftung ſeines Leibes/ & prohibitæ zum Einlager oder Leiſtmachung/ noviſsima imperii conſtitutione Politica de Anno 77. ſub tit. 17. conficiuntur.

LXII.

Vel ratione commiſsi delicti, *l. quæſtiones 1. C. ubi de crim. agi oport. nam maximè congruit Reip. ſcelera eo in loco publicè puniri, in quo fuerint perpetrata, propter exemplum, ut qui nondum deliquerunt, à criminibus abſtineant, delinquentium punitione territi, l. capitalium, 28. §. 15. ff. de pæn.* & obſervandum delinquentes præter locum domicilii, & delicti commiſsi in quolibet etiam loco, in quo reperiuntur conveniri poſſe. *t. t. & l 1. C. ubi de crimin agi oport.* tùm quoq; ſciendum delinquentes alibi repertos ad petitionem judicis ejus loci, ubi delictum patratum eſt, ad hunc ipſum judicem remitti debere. *Nov. l. 34. c. 5.* Quoties autem remiſsio fit, ſolet uſitata Germaniæ conſuetudine remittenti Magiſtratui caveri, ne talis actus jurisdictioni remittentis præjudicium pariat, idque per literas reverſoriales auff ein Revers oder Gegenbekentniß.

LXIII. Hic

LXIII.

Hic non inconvenienter quæri poteſt, Si quis in confinio occiſus reperiatur, an ejus ſit de delicto cognoſcere, in cujus territorio capite incumbit occiſus? Neg. ſed ei cognitionem tribuendam eſſe arbitramur, in cujus territorio ſtetit homicida alterum trucidans. Nam homicidium æſtimatur ex perſona homicidæ, qui deliquit, non ejus, qui trucidatus eſt, ubi verò quis deliquit, ibi puniri debet, *l.3 in fin. ff. de re milit.* quo verò in territorio ſteterit homicida, ex præſumtionibus & conjecturis colligendum erit, veluti ex lapſu hominis interfecti, item ex vulneris loco.

LXIV.

Quid ſi in ipſa media via, atque ita quaſi in Confinio ſteterit homicida? tùm utriq; Magiſtratui utriusq; territorii communis erit cognitio; quicquid enim in Confinio eſt, ad utrumque confinem pertinet, *l. 2 §. præterea ff. de aqua & aqua pluv. arcend. l. pen. ff. pro ſocio, l. arbor 19 ff. commun. divid.* Si verò valdè dubium ſit, & ex conjecturis haberi non poſſit, ubi ſteterit homicida, itidem cognitionem de homicidio communem eſſe arbitramur cum *Zaſ. ad tit. ff. commun. divid. in parat. circ. fin.*

LXV.

Aut ubi res litigioſa ſita eſt, ſi proprietas, aut poſſeſsio petatur. Sive agatur de poſſeſsione ſive interdicto recuperandæ, *ut in l. un. C. ubi de poſſ. in verb. ubi vis facta*, ſive retinendæ, *d. l. unic. in verb. aut momentaria poſſeſsio ſc. alia quam ea, unde dejecti ſumus*, ſive adipiſcendæ, *l. ult. C. ubi de hæred. agat.* aut de proprietate, *l. ult. C. ubi in rem actio. Nam in actione reali perſona non dicitur obligata, §. omnium. Inſt. de action. & ſic non trahitur in judicium perſona, ſed res ipſa, unde in Camera receptum eſſe ait, ut ibi perſona Eccleſiaſtica conveniatur, quando cauſſa eſt realis inter Clericum & Laicum, Geil. 1. obſ. 37. Mynſ. 4. obſer. 95. & 5. obſ. 93.*

LXVI.

Vel ratione cauſsæ. Eccleſiaſticæ enim cauſſæ coram judice Eccleſiaſtico excutiendæ ſunt, *t. t. de foro compet.* Sic hodiè quæſtio matrimonialis ad Eccleſiaſticam jurisdictionem pertinet, *cum cauſſam matrimoni X. de offic. & poteſt. jud. deleg. c. multorum 10. cauſſ. 35. q. 6. c. veniens 13. c. cum 18. Extr. de ſponſal. & matrim. Quare nec in*

Camera

*Camera admitti aſſeverat*, *Geil.1.obſ.117*. Studioſi coram Rectore conveniendi ſunt, *auth. habita*, C. *ne filius pro patre*. An verò Rectores merum habeant imperium, controverſum eſt. Alii tantummodò in civilibus ipſis jurisdictionem eſſe conceſſam ſtatuunt. Alii mixtum imperium penes eos eſſe ſcribunt. Nos quod merum etiam habeant imperium, affirmare non veremur per *d.auth. habita*. C. *ne fil.pro.pat.ibi ob debitum ſive delictum.*

## LXVII.

Sic Feudales, ſi lis ſit inter vaſallos de feudo non regali coram Domino, ſi verò inter vaſallum & Dominum coram Paribus Curiæ, ab utraq; parte pari numero electis excutiuntur, *c. un in fin. de prohib.feud. alien. per Frid.c.un. de controv. feud apud par term.c.un §. fin quo temp.mil.* An autem reconventio coram Paribus Curiæ locum habeat, licet ea fiat de cauſa non feudali Dd. inter ſe non conveniunt. Nos negantibus adſtipulamur, *quia Paribus Curiæ nulla competit juriſdictio extra cauſſas feudales; cum enim non habeant juriſdictionem, niſi ex lege feudali, non poſſunt cognoſcere, ſi talis emergat caſus, ut vel non poßit agi ex lege feudali, vel cauſa jure feudali non nitatur, ſed coram ordinario judice hac ſpecie agendum.*

## LXVIII.

Deniq; ratione cauſarum continentiæ quis ſortitur forum. Nam continentiam cauſæ non eſſe dividendam expreſsè jus civile mandat, *l.3.l.nulli 10.C. de judic.l.1.C.de offic. rectè provinc.l.quod evitandi,C.de condict. ob turpem cauſſam, l. ordinarii*, C. *de rei. vind* & ita *in Camera obſervatum fuiſſe notat Mynſ.1.obſ.4.in cauſſa Comitum de Hanaw contra incolas Pagorum*, Idemheim / Langelheim / *& aliorum obtinentium, bona in diſtrictu pagi* Hangenbietenheim / *ubi fuerunt plusquam ſexaginta Rei, & quidem diverſarum juriſdictionum.*

## LXIX.

Jure ſingulari miſerabilibus perſonis indultum, ut in ſuo tantũ foro conveniantur, nec ullo Principali reſcripto alio pertrahi poſsint, ipſi tamen adverſarium, cujus potentiam reformidant ad incompetentem judicem, adeoq; ad ipſum Principis tribunal evocandi habeant facultatem, *l.unic.* C. *quando Imp.inter pupill.* Ut viduis pupillis, *cum hominum injuriæ ſint expoſiti, & illis ſæpißimè lites modici momenti intendatur.* Mart.lib.6.

Non

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-381939-p0032-0

*Non de vi neq; cæde, nec veneno,*
*Sed lis eſt mihi de tribus capellis,*
*ac eſt monſtrum horrendum, immane, ingens variabile* LITES.

## LXX.

Quid ſi viduæ divites fuerint? Et has quoq; gaudere hoc beneficio affirm. *Nam & eo magis habent inſidiatores & communiter fieri ſolet, ut ſumptus litium ſint immenſi, quibus ſplendida patrimonia citò devorantur. Et eſt miſeria cum aceto,* Ein *Mandat* vber das ander / *Reſcriptum ſub & obreptitium*, Ein *Citation* auff die ander / viel Boten im Haus / vnd vor dem Hauſe / Acht Vberacht / *& ex litibus, divites redduntur pauperes, ex pauperibus mendici, cum rei familiaris neglecta cura occupati ſunt litigatores notando accuſationes notando Terminos ad probandum, negando petitionem, fabricando proceſſus libellos, poſitiones, articulos, additiones, additionales, additionaliũ, augmentales, ſuperaugmentales, ſupercorrectionales,* Anzeig vnd Bericht / Gegenanzeig vnnd Gegenbericht / vnvmbgengliche rechliche Notturfft / vnůmhgengliche rechtliche Gegennotturfft / Schrifft an ſtatt mündlichen Receß / *recipiendo probationem, examinando teſtimonia, probando poſſeßionem, ſignando relationes, appellando à ſententia.*

## LXXI.

An quod in hoc privilegio dicitur ad eas fœminas porrigendum, quæ cœlibem ducunt vitam? Negamus *per tex. expreß. in c. vidua 34. diſt. ubi Divus Hieronymus inquit, Vidua eſt, cujus maritus mortuus eſt, quod unquam de virgine affirmare eſſet abſurdum. Nec lata ſignificatio hic eſt admittenda, cum agimus de privilegio adverſus juris communis regulas exorbitanti.*

## LXXII.

Item pauperibus & morbo debilitatis, *d. l. unic. C. quando Imperat.* An hûc etiam referendi Studioſi literarum? Affir. *per auth. habita, C. ne fil. pro patre, ibi quis enim eorum non miſereatur, in quo reperitur cauſſa, propter quam datum eſt privilegium. E. illis etiam datum cenſetur privilegium. Similia privilegia ex ſtatutis locorum reperiuntur. Sic Lugduni Batavorum agentes alios ad Rectorem vocant, & auguſtius eſt privilegium Montiſpeſſulanorum, de quo Rebuff. priv. ſchol. 149.* Hodiè in imperio uſus hujus privilegii non magnus, cum Principes im-

perii hodiè ut Domini ſuis provinciis præſint, unde illis ſubjectæ viduæ, pupillive proceſsus in Camera omiſso medio non impetrant, niſi in caſu denegatæ & protractæ juſtitiæ, *Geil. 1. obſ. 1. n. 40.*

## LXXIII.

Finitur jurisdictio non Utendo, *c. cum perſonæ 7. de privil. in 6. c. cum olim 14. h. t.* ſcilicet poſſeſsione per prohibitionem interverſa. Et quidem præſcribenti in contrarium acquiritur jurisdictio privativè, uti Dd. loquuntur non cumulativè. Daß der jenige wider den die Verjahrung angezogen wird / an der Gerechtigkeit nichts behelt / *c. irrefragabili in pr. verſ. exceſſus de offic. ord. c. auditis de præſcript. l. 7. ff. eod.* Sin verò non ſit præſcripta jurisdictio nec data fuit occaſio eam exercendi, non amittit eam quamvis per centum annos eam non exercuit.

## LXXIV.

Vel utendo cum aſperitate in ſubditos, *argum. §. Dominorum Inſt. qui ſunt ſui vel alieni. §. ult. Inſt. eod. l. 1. C. de emend. ſerv. l. fin. C. quemad. civil. man. jud. lib. 10. ſubditi enim prætextu jurisdictionis non ut ſervi tractari debent, nam poteſtas juris reddendi libertatem non minuit ſubditorum, ſed auget & tuetur, cum ad eorum defenſionem & communem utilitatem ſit introducta.* Sæpiſsimè hodiè contingit, ut ſi Dominus inops, vel cenſu prodigus ſub umbra officii ſubditos turpiter & flagitioſè aſsiduis operis & inſolitis emungat, mit ungemeſſen und täglichen Frohnen / ſubditi auxilium ſuperioris & officium implorant, ut Domino ſub gravi pœna mandetur, ne plus ſolito eos gravet, quo caſu quandoque mandata ſine clauſula in Camera decernuntur. *Geil. 1. obſ. 17.*

## LXXV.

Item ſingulis cauſis inſtantia vel lite finita, *l. 13. C. de judic.* In Camera autem Imperiali non currit inſtantia, ut nec fatalia proſequendæ appellationis, tùm quia eſt Conſiſtorium Principis, tùm etiam propter cauſſarum multitudinem. Quin & ubique ferè locorum in Germania nulla fatalium, nec inſtantiæ habetur ratio, ut hæc omnia tradit *Gail. 1. obſ. 141. n. 17.*

## LXXVI.

Item judicis recuſatione ob juſtam ſuſpicionis cauſam facta, quod de jure Canonico omni dubio caret quoad judicem Ordina-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-381939-p0034-1

Ordinarium, *c. cum ſpecial. Ext. de appell. c. ſuſpicionis 39. de offic. deleg. c. ſi quis 4. c. licet eo in fin. de foro compet.* an idem de jure civili controverſum eſt. Nos id affirmandum putamus, *per nov. 53. c. 3.* quamvis in terris imperii hoc non ſervari teſtatur, *Sneidw. ad §. omnium n. 26. Inſt. de action.*

## LXXVII.

Mandata quoque jurisdictio finitur morte ejus, cui mandata eſt, niſi aliud in delegatione fuit expreſſum, *ut habet c. uno delegatorum pen. Ext. de offic. jud. deleg.* Et hoc mandatæ huic jurisdictioni cum reliquis cauſis comune eſt, quod morte mandantis ſolvi ſolent, ſi modo res ſit integra, *l. & quia 6. ff. h. t.* Item revocatione ab eo, qui jurisdictionem mandavit facta, *l. 58. ff. de judic.*

## LXXVIII.

Prorogata denique jurisdictio per pœnitentiam revocatur, ſi judex aditus nondum fuerit, *l. 18. ff. h. t.* Si tamen conventio de proroganda jurisdictione juramento ſit firmata, omninò, ſervanda eſt; *licet enim jure civili nemo ſit præcisè cogendus ad factum, ſed liberetur præſtando intereſſe, attamen, quia jure Pontificio ſecundum quod jurati contractus interpretandi ſunt, promiſſor facti præcisè agere compellitur, conſequens eſt ratione juramenti etiam à judice ſeculari promiſſorem cogendum eſſe c. cum contingat de jurejur.*

Præſtan-

*PRÆSTANTISSIMO JUXTA ERUDITISSIMO VIRO, DN. ANDREÆ BALCKIO de Iuriſdictione cum laude diſputandi amico & conterraneo meo, amiciſſimo, integerrimo.*

EST res digna viro tenues libaſſe CAMÆNAS
Et THEMIDI vôtis deſeruiſſe viris.
Hoc tecum reputans ſecluſa volumina PIMPLÆ
Pandis & exponis docte THEMISTA SALÆ,
Dùm tibi relligio eſt quænam ſit DICTIO JURIS,
Propoſuiſſe bonis fortiter auſpiciis.
Quod velim pergas, ut quæ TIBI ſerta parârunt,
Auricomis CHARITES explicuiſſe quæant.

αὐτοσχεδίως acclamabam

*Joachimus* Schultze
*Neo-Brandeburgo-Megapolitanus.*

FINIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-381939-p0037-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-381939-p0038-4

(X2618029)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-381939-p0039-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-381939-p0040-4

# DISPUTATIO
De
# URISDICTIO-
# NE,

Quam
ELESTIS NUMINIS ANNUEN-
TE PROVIDENTIA
*Conſenſu & auctoritate*
Magnifici illuſtris ad SALAM Academiæ Jenenſis
JCtorum Collegii
*SUB PRAESIDIO*
*Ampliſſimi & Excellentiſſimi*
n. DOMINICI ARUMÆI
TI CELEBERRIMI, IN INCLYTA
enſium Acad. P. P. ibidemq; Curiæ provincia-
lis & Scabinatus Aſſeſſoris digniſsimi, Fautoris
& Præceptoris ſui colendiſsimi
*Publicè*
*In Auditorio Jureconſultorum*
*diſcutiendam proponit*
ANDREAS BALCKIUS WIS-
MARIENSIS MEGAPOL.

*Menſe Auguſto die XXIII.*
Horis conſuetis
ANNO M. DC XVII.

*JENAE*
*Typis* TOBIÆ STEINMANNI.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-381939-p0041-0